

tilior: similiter facit anima in corpore, & eodem modo in
spissatur aqua cum terra.

Ideo inter solutionem corporis & coagulationem spiritus
non est differentia temporis, nec diuersum opus in aliquo.

Cum terra in nigrum soluitur puluerem, & incipit aliquan-
tulum de Mercurio secum retinere, tunc agit masculus in fe-
minam, id est Azot in terram: nam dominante aqua, terra
multiplicatur.

Datur in rerum natura corpus metallicum quoddam, faci-
lis solutionis, facilisque putrefactionis, si eius præparationem
nosti, felix Medicus eris, totis conatibus in eo votum tuum
dirige. Vale.

ISAACI HOLLANDI FRAGMENTUM
de lapide Philosophorum.

Cum decreuisti super Venerem ad rubrum projectionem
facere memineris lapidis materiã lento igne semper subli-
mare atque etiam fixare, qui tametsi longioris est temporis,
tamen ea ratione humiditas eius melius conseruatur.

Lapidis sublimatio.

Ergo ad terram tuam vel corpus vel fermentum vel tem-
xam volatileni reddendam, miscendæ sunt rei volatilis partes
tres cum rei fixæ parte vna, ac moderato igne sublimandæ, vt
ante ostendi. Quando partes volatiles fixas superant eas se-
cum in sublime rapiunt idq; tanto facilius; tunc enim se mu-
tuo avidius amplectuntur. Alij rotam materiam in vitro fi-
xandam ponunt vt prius, & apparent quotquot sunt in mix-
do colores, tumq; paulatim minui incipiunt ac tandem in v-
num colorem album omnes desinent quo gaudeo, quia tunc
lapis est fixus. Hic rursus fuerunt alij prioribus illis paulo a-
ctiores, qui lapidẽ suum hucusq; perductũ omnibus nume-
ris completum esse rati super Mercurium & Iouem nullo cum
fructu proiecerunt, quod non fundi posset neq; ingredi, vnde
hi re desperata ab opere destiterunt. Contra haud dubie opi-
naturi, si veterũ scripta intellexissent, in quibus passim aiunt
inferiorem mundum rore maiali tam diu esse humectandum,
donec albos flores & rubros ferat.

Item Regem lacte suo esse nutriendum donec adoleuerit,
ad hæc terram clara aqua paradisi irrigandam, cuius crebro in
cælum ascendit atq; in terram descendit.

Itaque vt ad operis complementũ perueniamus cum lapide